satio ledunt non existentibus maturis sicutibus. si enim non sedent sicut notabiliter: digerant autem in ventre bene non nocturnum dant corpori alimen tum. ruis autem neutrum hoc existit: neque cum digeritur bene: neque si reineantur et secundum eam que ad ventrem et epas distributionem crudeliter generant chimit non facile convertibilem in sanguinem. et ratiōē quidam substantia cōposita est ex eo quod contineat hunc ipsam humiditatē ex qua vīnū sit. et cuicunque his adhuc ex acīmis et ex eo quod cōtinet hec ex trīsecus hymenoea cūte que nihil hunc suūp̄ius sensibiliter alterata considerat: his que in sicutibus et ideo aliquid quod inutile remouent ipsum sumētes totum quod intus keramitibus, p̄portiōabile enim est et rōrtus fructus quod semen penetrans est intrā mutatū. Ellī mansor tractatū tertio cap. de sicutibus sicut calide sunt que cum sunt recentes: ventrē in flant: et leniunt humores creantes non malū. siccē vō non multū muriunt et calefacunt: quare multi usus carū puritū: et pediculos generant. ventrē quoque leniunt quando ante cibum sumuntur.

Anic. libro. iij. cap. de sicutibus. Ex sicutib⁹ me lior est alba: deinde rubea: deinde nigra. et que vehementer est matura est melior: et proxima ad hoc ut non noceat. et siccā quidēz in suis operationibus est laudabilis: verū sanguis ex ea generatus non est bonus: et ppter hoc facit pediculos. verum si sumatur cū nuce eius chīm⁹ fit bonus: et cum amigdala. et levior oībus est alba. illa que est humida est calī. parumper. et que est humida est plurime aqueitatis: et parum est medicinalis. que vō imatura est abster sua ad frigiditatem parum declinans: nisi lac eius. et que siccā est calī. in primo et in fine ipsius et subtilis. et que siccā est et ppter acris fortis est abstergit: maturatua resolutua: et carnosa est plurime maturationis. et in ipsa sunt glucinatio et incisio: et subtilatio. et sanguis eius est acutior et fortior in hoc. et fructus quod est eius nutritiōis est reliquie fructibus. et que vehementer est maturationis ppter inqua est ad hoc ut non noceat: et in ipsa est inflatio: et expellit superfluitate ad cutim. et facit sudare. et h̄z q̄ estimo siccā similiter expellit ad exteriora et facit sudare. et illa quidem que est humida velocis nutritiōis: et penetrationis in stomacho: et in corpore. nutritiōis vō sicus l̄z non existat in robore nutritiōis carnis et granozum: tñ vehementer est robustus quod nutritiōis omnīū fructuum. Isaac in dietū particula ribus cap. de sicutibus. Sicut ceteris fructibus laudabilior ac nutritiōis: humiditas tñ sue cā grossos creat humores. natura eius est calida et siccā. q̄ litates autē caliditate et siccitate diverse sunt: et h̄m suūp̄ius diuerstites. est enim sicutus domesticus: et frumentaria. domestica etiam in viridem dividit et secam. viridis quoque duplex est modus: quoniam q̄ dīm est perfecte matura: et non perfecte matura non perfecte matura minus ca. et magis grossa. ppter dominationē terrestri partis. habet tñ humiditates latentes que acutitatem ei prestant: et siccitatem in secundo. vnde Hippo. Sicut q̄pto longing

or est a maturitate tanto minus ca. et magis grossa. valet hec secundum medicinā cocta et cataplasmate facto scrotulas glandulasq̄ dissoluit. nitro et acetō cōmixta pustulis in capite valet. mixta cū melle ad mosinū canis: et pustulas q̄ viscosos habent humores. papaveris agrestis frondibus mixta ossa fracta ex vulneribus p̄iicit. Item cera ad bibita et apposita dissoluit. si pistis in vulneribus apponatur sanat perfecte maturata. viridis autem eius siccā est minus ca. calor eius est in medio primi gradus. humiditas vō et siccitas in ipsa temperata sunt. ex triū itaq̄ rēti cōpositione consistit: cortex videlicet seminis et carnis. seminis nutrientium est nullum: et est de natura barene vel lapidis. cortex vō sic ut cutis ē. ppter durissim⁹ ē ad digerendum. caro autem eius nutritiōis digestibiliōis existit. Super hoc Dias. calorem inq̄ extinguit. sūmū asfert. et sudorem p̄uocat. siccā vō ē cali. initio secundi gradus: siccā in medio primi. q̄ obrem calefacit et lutiz creat: et in cholericis mutant humores. ceteris vō fructibus nutritiōis: minusq̄ inflationis habet. sed si superfluos in stomacho humores inneniat: dura fit ad digerendū: et in corruptionē mutatur: et inflationē: et ventositatē generat: et pessimū sanguinem. in superficie autem corporis pediculos creat. si autē mundificatis humoribus stomachus vacuus ab his reperiatur bene digeritur: et sanguinem laudabilem facit. corp⁹ mundificat a malis humoribus. vīnam p̄uocat. pectusq̄ purificat: et pulmonē: renē: atq̄ vesicam ab humoribus grossis: non tñ. inflationis ventositasq̄ libera est. qui vō eius documenta oīno de uitare vult ieiunus accipiat: et post illam calamentum manducat: aut amēo: aut isopum: piper: vel zinziber: et similia. et cholericus post illam oxizacram accipiat. qui maioris etiam nutritiōis causa velit accipere: et vt sanguinem laudabiliorē geret mices vel amigdalas manducet. Item valz si cum isopo coquatur: pectus enim et pulmonē mundificat: tūssim diuīturnam curat gargarismate facio. cum apozimate in cannalibus pulmonis apposita dissoluit. et in lacertis que sunt in latere lingue et cocta cū vīno: si cystere fiat valet ad dolorē ventris qui ex grossis est humorib⁹. rursus cocta cum ordeo et fenugreco: et cataplasmate facta apostemata dissoluit. pistata ac sinapi om̄ire apozima ad tinni. **Dias.** cap. de sicutib⁹. Si tū auriez valet. cū lachryma sine succus sicutus instillatus vexationibus vel percussoris serpentum apūssimus approbat. et myrmicis et circūlinis medetur. et petrigines et lepros et lachrymas effelidas et podagram admixt⁹ cataplasmatis curat. non aut̄ alijs succus fit q̄ concus sit atq̄ expressio mollioribus ramis tpe quo fecunditate infusa granidi videntur: sed necdūz in oculis germinum erumpentes. hic succus in umbra siccandus est: et sic reponendus. ex ipso aut̄ lac limpidum coagulatur: et coagulatum resoluitur. cīnis aut̄ exustor⁹ admixt⁹ aque suscepito liquamine dysentericis iniectione medetur. et calosos vicerū

finis.spongiosus ex ipso madefactis & appositi cā
crene medent. Item veneno tētatis potius daf. cuj
oleo mixt & vinctus sudores mouet. hoc & ceteri p
stant cineres; sed magis quercin². caduci aut fru
el crudi medent myrmiceis cataplasmate impo
sitū cū farina atq; nitro. cocti aut inuersiones ner
uorum atq; serofas emolliunt. venena etiā ad supsi
cīem corporis euocat. Sicut vero mature si comedet
fuerint spīn turbant ventrem deponit. feruores
nutrīunt. sicut p̄hibet. vñ sic² molles cacostomati
ce sunt: & si ventrē soluerint difficile abstinere po
terunt. sudorem puocant. exanimata cōpescunt.
Sicce vero q̄ carice vocātur stomacho utiles sūt
& termantice. sicut exciant rheumatismo stoma
chi & ventris h̄ri sunt. arterijs & gule & vesice & re
nib² plūnt. cum aq̄ mulse decocte: & gargarismate
adhibeite arterijs & fauciū tumorem sp̄elcent. vñ
optimū gargarisma est. & asmaticis refert: & eis q̄
ex macroxoxia colorē pallidum hñt. epilepticis &
hydropicis succurrat. cocte cū isopo & careno ie
uno potni date thoraci ferūta auxilium. tussicibus
antiquis subueniūt. & pulmonis cās tēporales opi
tulātur & remouent.

Lulb.i.cub	Lulbi idēz qd̄ s.
Luulison.i.cc̄taurea	Lunfar i.abrotanū
Lubeze est sp̄es malue silvestris: & est altea.	
Lubezon	i.palma christi
Lubebe quid est le.l.kubebē.	
Lubigi.i.perdix	Lubrusic ē nomē loci
Lubrusaiden	i.pentafilon
Luckaminoo.i.cyclamē	Ludaminos idem
Ludanaria	i.cymbalaria
Luconiones	i.ramūculi virides.
Lucurbita agrestis	i.brionia
Lucurbitinus	idem
Lucumer asininus quid est.l.refo.	
Lucules	i.stagnuz
Lucurbita id est cocozar: est bara.	

Cap. 194.

Cucumeres latine: arab. cakiar. Ubi
sciendū q̄ cucumeres sunt melones in
di fūm quosdam. sed Mesue cap. de cu
cumere asinino videtur dicere q̄ sunt citrulli. sed
aliqui dicunt q̄ cucumeres sunt fructus sicut ci
trulli oblongi: tñ nuoq̄ citrinēcīt. & habent folia
ita distinctas sicut melones: & cum maturant̄ ha
bent parum dulcedinē: & sunt insipidi: quod et
ego concedo. vnde cucumeres non sunt melones
indi: quia Huius. quarto canone capi. de cura tertī
ane pure ponit melonem indum & cucumerē. er
go non **Sera.** sic dicit sicut apparet in littera
sūt idē. dulasa. similiter cucumēs nō
sunt citrulli: sicut apparet in littera citrullus. Et
etiam Sera. dicit anc. Hal. q̄ citrullus frigidior
est cucumere. ergo cucumeres non sunt citrulli. p
tere in predicta littera Sera. anc. Abiit aqua cu
cumeris & citrulli confert inflammatiōi z̄. ergo nō
sunt **Sera.** li.aggre.cap.rachera.anc. Hal.
idez. Lucumeris substantia est grossa

dura digestiōi & generat chīmū malum paratus
corruptioni: q̄uis melon sit cīsus corruptibilis. &
virtus eius est que infrigitat & burnecat in secū
do gradu. & mollit ventrem. & pronocat vñnam. &
quando sumitur cum rob aut cum lacte cōfert vñ
ceribus vesice. & sedat inflammatiōem stomachi: &
sitim quando comeditur. & sedat syncopis ex cali
ditate: & cōfert ei ex p̄prietate quaz habet. Et idē
anc. Abiit. Aquā citrulli confert inflammatiōni se
bris. & sedat sitim. & laxat ventrē laxatione bona si
ne nocimento aliquo. & debet bulirī cum zucaro
albo. & non oportet q̄ detur babentibus naturaz
duram nimis ad mouendū: quia illa nō habet vir
tutem tantam q̄ laxat naturam duraz: & si ipsa fe
cerit moram in stomacho forsan inducit laborem
& nocumentum & inflammatiōem. Rabi moyses
anc. Hal. Lucumeres & pepones si cito n̄ digerāt
sunt venena. **Hal.** viij. sim. phar. cap. s̄kinis.
mortifera. videtur dicere q̄ cucumer
dicatur de pepone & cucumere iam dicto. nam di
cit s̄kinis. i. cucumer esibilis: qui quidem pepon
est subtilioris substantie. qui vñ non est talis: gros
sioris est substantie: ac enaz abstensu & incisiva
participat virtute. vnde diuretica sunt: & splendi
dum reddunt corpus: & maxime si siccauerit quis
semen: deinde incidens & cibrans lenire faciunt.
dominatur autem in eis frigida & humida com
plexio: non tamen fortiter sed in secundo gradu
locatur. si vñ quo semen siccauerit vel radicē nō
ad hunc humide nature erit: sed iam siccantius in
primo quasi gradu vel secundo incipiente. est aut
& abstensio in his plus q̄ in carne fructus.
Lucumer agrestis. i. cucumer silvestris: vnde fit
electerium: & est cucumer asininus

Lucumer eraticus idem quod supra
Lucumer indus idem quod supra
Lucurbita alexandrina. i. coloquintida
Lucurbita deserti idem quod supra
Lucurbitinus i. cucurbita agrestis
Ludibion i. buglossa
Ludillion idem quod supra
Ludiblos i. lingua canis

Cap. 195.

Cura. latine. **Hal.** secun
do de
cibis. Mala ipsa nō sunt babentia vñ
naturaz: quod est quia quedam ex eis
sunt dulcia: quedam pontica: & quedam s̄pictica: &
quedam acetosa: & quedam insipida. & in dulcib²
est substantia aquosa temperata. & pontica vincit
i. eis frigidum terreum. sed in s̄picticis hec est ea
dem substantia cum aquosa substantia dulci. In
acetosis aut est substantia frigida. & virtus ponti
corum & s̄picticorum & acetosorum est virtus que
incarnat: & que glucinat vulnera: & p̄hibet illō qd̄
currat ad apostemata in p̄ncipio eoz. & fortificat
os stomachi & stomachum laxum & fluxum: maxi
me vñ que sunt s̄picticiora ex eis & acetosiora. sed
illud quod vincit superat natram insipidoz: est
aqua. & cōplexio eoz ē humidior: & frigidior ipsa

l 3

admiratur in medicinis apostematis in pāncio eoꝝ et in augmento. et vniuersaliter in malis e humiditas multa; et superfluitas frigida; et ideo destruitur succus eorū et arescit: servantur in qn̄ coquisi cū melle et sic inde rob: et servatur eodē modo citronia ipsa cū melle sicut seruantur et succi eoꝝ Citronia maiora vocatur saturnina: et sunt maiorū iunamenti q̄ alia. Rememorās q̄ illoꝝ quecumq; poma stipticant sciae frigidū et terrestrem chīnum habere. quecūq; aut acetosa videntur frigidū quidem sed subtilium partū. medie vō cōplexio nis esse que dulcia ad calidius declinare videntur sicut que perfecte apoya. i. sine qualitate et valde aquosa ad frigidius inclinata. utraris ergo ipsis secundum predominantium humorū virtutes. Hu steris aut̄ pomis quidē quando ppter disperasias calidam: aut ppter humiditatem multam atonos. i. sine vigore venter extiterit. ponticitas aut̄ quādo sufficienter excrenerit huiusmodi. acetosis vō qn̄ estimaveris in ipso grossum humorū collectum esse non valde aliquid frigidū tāq; frigidius q dem non acetosis sed trimeis indiget. siccant ambo grossiciem humorū acetosa et trimea. Differit aut̄ hec in hoc q̄ hec quidem cū frigitatione illa vō cū caliditate operantur. palam aut̄ ex iaz: dicas sepe q̄ stiptica quidē sufficiens secessus restri gunt: acetosa humorē quidē grossum inuenientia in ventre dividunt hunc: subducuntq; sclerus et ppter hoc humectant egestiones. purū aut̄ inuenientia ventrem restringunt ipsum magis quidē. Et aliud quoddam genus chimi non in pomis soluz sed etiam in oībus alijs fructibus quod aquosum vocant. et apoion minime quidez bonū stomacho sicut et aqua. malitia aut̄ est in pomo q̄ talis q ad elsum ipsius veniunt: aut ppter delectationē h agentibus: aut ppter stiptici. quando q̄ neq; dectibilia sunt comedere talia: neq; robur sponte ventri sicut stiptica: neq; sunt coniuncta roboran bus: merito spernenda sunt: sicut apud nos in asia in multis locis porcī ipsa pycin: us platanistica vocantes: qm̄ gustantibus suū aliquiliter similia teneri foliis platanox. cauere aut̄ opozet fulcher rima poma anteꝝ super arboꝝ sunt matura. id gestibilia enī et sunt frigida: tardī secessus: et ma li chimi: cum hoc frigidū grossum inesibiliter chīmū habent. quecūq; aut̄ bene matura seruantur ad hyemen: et ad ver: q̄ post ipsum pficiissima fiunt. Sepe etem et in egritudinib; in calido cine re assita mediocriter: aut in aqua feruētissima be ne decoctio: dare aut̄ opoz: et ipsa post cibum statim: et quandoq; ante: et cum pane roboꝝ ventris graita et stomachi his qui sine appēti sunt: et iarde dixerentibus vomitusq; et diaricis. et dysentericis. idonea aut̄ ad talem opportunitatē sunt et q̄ pontica. n. edioritatem aut̄ habet stipticatio viridi sic preparata deponentib; eoꝝ stipticitate: in tali preparatione: ppter quam stipticoꝝ pomoꝝ aut̄ pirozum elsum laxari ventre. qm̄ audiui quosdam dicentes subduci ventre ipsiſ: post stipticum elsum melius putauit ppter rationē et experi

entiam nobis sepe notam: qm̄ p̄mo quodā rectore nostro continuo dicente post austeroꝝ pomo rum et pirozum elsum laxari ventre: intellecti factum adducenq; experientia discissi: onem ipsius: post banc vīp fiducialine in alijs ad eandem experientiam veni: volui condicalem fieri mibi: virum saltem vno die quatenus viderem qn̄ et quot osse runtur stiptica: et fm pāmā mox quomodo fuitus erat dietari roganū ipsum nihil oīno pmutar eoꝝ que fm dietam. ille aut̄ post balneū aque nō multū phībēs: deinde semigrecū et rhaphanda: et quecumq; talia multis consueta sunt offiri aliqd aliud ante illud gustare: et similiter cum ipse comedisset superbibens aliquid vini dulcis consequenter comedit malvas cū oleo et garo modi: cū habētibus vini: et post aliquid pisces: et porcī carnis et avis: deinde bibens semel aut scđo: modicū: intercipiens comedebat pira austera: et post hoc p̄cipientibus nobis ad deambulandū: cū partū deā bulasles submotus est vēter ipsius notabiliter. considerans ergo hoc ordinari cū amico pro sequenti die q̄ ego ipsum p̄curarē secundū dietam. p̄mo enim post balneū dedi mala et pira comedere: deinde alia: deinceps ut consuerat: et in his sacrificiis non aut̄ notabilis sed neq; mediocriter succeſſi eius venter. admiratus est ergo multo qd̄ sa cum est: requisiuitq; a me causam ipsius: at ego illi respondi hec nunc dicenda: Haro quidem dixi cum bis que simul cum ipso sumebant apto nato subducere ventrem: et hoc iam preoperante stipticitate vīlū sumpta maxime non vigorosū secundum stomachū causam fieri subductionis: roborando venire et p̄uocando ad expellendum deorsum contenta in ipso. magis aut̄ dixi vīq; credens hoc sumens in sequenti die oīuz quidē p̄mo stiptica: secundo aut̄ post ipsa carnes: et oīuz vīlū que cum oleo et garo osterebantur nequiq; ingt mouere: vīq; mox maltes comedens cū oleo et garo optime dixi indicasti. exertunt enim hec vē trem et maxie ipsius os qd̄ ab oībus consuetū est stomachus vocari. confortant aut̄ et corroborant stiptica ppter qd̄ et si aliquis alias humorū ipsum euertat sicut contingit aliquibus cholericis rubis amplior aggregata hec facere que gustauerit stiptica mox aggregat deorsum tamē humorū vīlū Deinde ostendi ipsum quendam iūnenē qui ante paucos dies sumperat gratis purgationis scamonee succū: iamq; transactis horis qn̄q; post oblationē: et nulla assūtatiō consecuta anxiari qd̄ dicentē stomachū: intumescentia aut̄ et granari vē trem: et ppter hoc palleſcere et deficere et mībi cōmanicasse synthomathā ipsum detinctia. qualiter igitur hominē curauerim audi. duxi ipsum invenī: nem: eīq; presentauit presentē et narrantē quomodo quidē ego precepēram comedere aliqd modi cum pomī stiptici: aut̄ granati: aut̄ piri: et ille quando comedērat mox alleviatus fuit a molestijs: segregata mox ab ipso multa materia valde ex ventre. Scias igitur dixi rectoꝝ: et cui hoc accidēt est quandoq; supercomedis stiptica ppter debilitatē

stomachi et ventris ille et magis hoc inquit verum
dixisti. est enim mihi natura talis: quia stomachus
meus auertitur de facili a quibuscumque ciborum;
et ait ex ipsis pomis cibarum mansuum stipticitatibus
opportunitum ad roborationem ventris debilitati.
In syria autem est vocatum melo placenta. cōponunt
autem edulium mansuum sic: et ad romam deferuntur
plene ipso olle noue. et cōponitur dictum edulum
ex melle et carne pomorum cōminuta et elixa simul
cum melle: adhuc autem et piperis habet aliquid al-
bi et zinziberis. sed non est nunc tempus doctrine
ipsius alibi perfecte dicte. et flos arboris citonio-
rum dum est humidus vel siccus est conueniens
emplastris in quibus est necessaria stipticitas. et quod
bibitur cum vino confert sputo sanguinis et fluxum
ventris et menstruorum. et vinum citoniorum simplex
quod est sine melle confert et abscondit fluxum cho-
lericum et fistulam. et que ex citoniosis sumuntur cum
melle sunt bona vomitum phlegmatico: et confortant
epat. et muscillago granorum eorum cum zucaro
lenit cannam pulmonis et humectat siccitate eius.
Allii. li. ii. ca. de citoniosis. q̄n abluit cīnis rāno
rū et floz ei sunt thucia. et rob pomorum
eius acescit propter illud quod est in ipso de hu-
miditate aqua frigida. et assatum est melius et ma-
gis conferens. et eius quidē assato sit quādoctoq̄
canatur et eiſiunt grana ei: et ponit in ipso mel
et limū luto eius corporis: et postea ponit in cinere
frigida est in primo et in fine: et siccus in principio
secundi. Et est stipticum cōfortatū fortiter: et flos
eius est stipticor: et similiter oleum ipsi: et dulce est
minus stipticum. et semen eius est linitium sine
stipticitate. et p̄biber cursum superfluitati ad vis-
cerā: et retinet sudorem. et oleum eius confert scissi-
ris frigoris et formice. et est utile ulceribus scabio-
sis. Et multitudine eius generat dolorē nervosum: et
assatum ponit super apostemata oculi ca. et eius
succus fert dilatationē anhelitū et astmati. et p̄-
biber sputum sanguinis. et semē ei: confert asperi-
tati gutturas. et lenit cannam pulmonis. et musculari-
lago eius etiam humectat ipsum cannam. et cōfert
vomitū et ebrietati. et sedat fūz. et cōfortat stoma-
cbum recipientem superfluitates. syrups eius et
ipsius infusio et qđ de eo elixatum est ex ipso vit-
tur multi in secunda mensa super vinum: et p̄biber
ebrietatez: et fit ex eo syrups confortans appre-
titum delectum valde et moratum. et cōfortat sto-
machum. et p̄biber vomitum phlegmaticum. et ē
procatum. et iam dictum est qđ illud est per ac-
cidens. et illud quod cum melle elixatum est ē ma-
xime p̄uocatum. verū quandoq̄ soluit ventrē
et non stringit. et generat colicam: et dolorez ve-
tris pungitum. et confert dissurie. et retinet fluxum
menstruorum. et confert arsurae vrine quando disil-
latur succus eius aut oleum ipsum in virga. et cō-
fert oleum eius renibus et vesice. et quando sumit
post cibum soluit adeo qđ quando plurimū ex eo
sumitur extrahit cibum ante digestionē. et clysteri-
zatur decoctio eius ad eminentiā ani et matricis.
Rabi moyses. Litonia a pregnatibus comesta ge-

nerat filios bilares. et comedio ipsoz assoz post
cibum gene **Sera.** libro aggre. ca. casa. auct.
rat gaudiū. **Diasco.** Arbor citonio-
rum et malorum folia similiter et flos et sumitatem
sunt stiptice: et pprie arboris citonomioz. et fructus
eius imaturus est stipticus. mala aut illa que col-
liguntur in vere generant cholerae citrinam: et ī
ducunt inflammationē: et nocet nervis et iuncturis
et membris que sunt de genere neruoz. sed citonia
sunt bona stomacho. et p̄uocant vīnam. et si assan-
tur sunt meliora habentibus fluxum antiquum et
ulcera intestinoz: et sputum sanguinis: et choleri-
cam passionem. et quando bibitur infusio citoni-
orum confert stomacho et intestinis ad que cur-
runt superfluitates. et quando succus eoz sumit
confert astmati. et fit ex decoctione ipsoz clystere
ad exitum ani et matricis. et quando ipse condit
tur cum melle p̄uocant vīnam. et mel cu: quo co-
diuntur idem facit: qm̄ acquiritur ab eis virtus qđ
abstergit ventrem. et illa que coquuntur cu: melle
conferunt stomacho et habent saporem boni: ve-
ritatem debilioris sunt operationis in constrin-
gendo qđ illa que non coquuntur. et citonia ipsa co-
quuntur et ponuntur in emplastris ad constrin-
gendum ventrem: et ad inflammationes stomachi: et
ad apostemata calida mamillarum: et ad duricias
splenis: et emoroidas. et fit ex eis vinum quādo te-
runtur: et fit ex eis succus: et p̄cūntur desuper
kist. xvi. mellis et conseruetur: quia si non appo-
nereur mel acceret. istud vinum conuenit oibz
egritudinibus quibus diximus citonia conferre
et fit ex citoniosis oleum et dicitur citoniorum: et vi-
tum eo quando volumus ventrem alicuius stiptū
cum reddere. et oportet qđ eligantur citonia que
dicuntur licinia: sunt parva: rotunda: boni odo-
ris. illa vō que vocantur saturnion: sunt maiora
sunt minoris iuamenti qđ illa. et flos citoniorum
dum est siccus non humidus: est conueniens in em-
plastris in quibus est necessaria stipticitas: et cōne-
nit apostemata ibz calidis oculoz. et qđ bibit cu: vi-
no confert sputo sanguinis: et fluxi vītr et intestino-
rum: et etiam menstruorum. sed illa que dicunt mel-
lomella molliunt ventrem. et expellunt lumbricos
et sunt mala stomacho et inflativa ipsius. sed illa qđ
nominantur in latino aromata sunt bona stomacho. et
stringit ventrem: et p̄uocant vīnam: nisi qđ
sunt debilioz virtutis qđ citonia. et ista sunt illa qđ
vocantur atropypa. Et siuestria ex eis sunt si-
milia malis in vere nascentibus in stipticitate. et o-
portet qđ administrarentur citonia in egreditudinibz
in quibus oportet stipticare anteq̄ ad maturatio-
nem perueniat. Et idem Sera. auct. Humai. Cito-
nia pronocant vīnam per accidentem: et stringunt vē-
trem. Et idem auct. Elben melius. Ponticitas eoz
est plus ponticitate malorum: et qui fugunt ea post
potum vīni p̄biber fumositates vīni ascendere
ad caput. et non oportet qđ aliquis vitatur eis nimis
quia faciunt accelerare descensum cibi ante eius
digestionem. et nimis vīsus eoz in generat colicam
passionez et dolorem neruoz. et rob eoz

simplex confert cholere que generatur in stoma-
cho. et eius quidem mina fortificat stomachum et i-
coriat eum. et abscedit vomitus qui accedit ex phleg-
mate. et nimis cito ror. simplex quod est sine mel-
le confert cholere. et abscedit fluxus cholericus. et
fistula. et que ex cito sumuntur cum melle sunt
bona vomitus phlegmatico. et colescant stomachum.
et condita ex eis incoriant stomachum. et forti-
ficant epar. et muscillago granorum eorum cum zucaro
lenit cannam pulmonis. et humectat siccitatem.

Cap. i. 96.

Olge gara. gre. hyalon sine by-
li ex cinere herbe spinosa nascentis in
litora maris. dicunt quidam quod sunt tri-
bus marinis. sed falso: uno uocatur herba nitri.
Sera. ex eo est lapidatum: et ex eo est arenosum:
et quando incenditur et miscetur cum co lapia
magnes coagulatur corpus suum propter plumbatatem
que est in eo. virtus eius est calida in primo gra-
du: sic in tertio. et ingreditur in multis cobol. et au-
serit furfures capitis. et lenifacit capillos et barbas
et quando teritur et libatur cum vino albo et subtili
frangit lapidem in vesica. Et idem auctor. Aben me-
tuai. Est ea. et sic. et est bonum pulmoni: et casui corporis
lorum. et virtus sunt plures colores. nam ex eo est al-
bus fortis albedinier. sicut crystallus: est melius
alio. et ex eo est rubens. et est citrimum: et viride: et
azulinum. et dicitur quod vitrum est lapis stultior alio
lapidibus. et est inter lapides sicut stultus inter ho-
mines: nam ipsum inclinat ad omnem incurrat: et
est facilis dissolutionis in igne a quo extractum ci-
to petrificatur et coagulatur. crystallus autem est spe-
cies nitri: nisi quia impenetrabilis in mineralia sua ubi co-
agatur. et lege per ipso littera lapis crystallus. Cul-
calum libro qui dicit seruitor. Ut vitrum aduratur
et ponatur in crucibulo et suffletur forniciter
donec aduratur: quod si bene aduratur iteque suffletur do-
nec aduratur: quod si bene aduratur iteque suffletur do-

Cubaprum. i. que in iuncuris vel flexuris iuncu-
ris propter sudorem fiunt
Cubarion .i. prassium
Culabrum .i. arnoglossa
Culcas est herba habens in se falsedinem et pur-
gat aquam citrinam Culcam idem

Cap. i. 97.

Oculcasia vel colocasia grece
ara. bulcas: lati. vo
caso. Plinii ca. de culcasia. Culcasia
qua aliqui ciamon vocant nobilissima
hanc in egypto et nilo metunt caule cum coccis est
arenoso in madedo. busso autem qui intra folia emi-
tis specie. bulli foliis latissimis etiam si arbores co-
parentur ad similitudinem eorum que psoraria. i. lep-
pago maior dicuntur falso: Dia. in nostris partibus
vocamus. aque nili suis dotibus gaudent ut impis-
sis colocasie foliis in variis specie vasorum ponare
gratissimum babeant. hec herba est qua Dia. vo

eat fabam egyptiacam: cuius proprietates et virientes
falso: ipsum inuenies in. faba egyptiaca. et ista faba
egyptiacam uocat Alni. bulcas. de qua capit. facit in
secundo canone. Est enim culcasia satis nota in e-
gypto apud mercatores practicantes et in syria: et
ego ipsam habeo Salerni in viridario meo secus
spectabile fonte que culcasia vulgaris nostro uoca-
tur caso. cuius folia aqua more vasorum plena egro-
ruunt et conualescunt mente delectant: necnon eorum
aromas excitant. **Sera.** li. aggre. ca. bulcas. auct.
ad bibendum. **Hal.** Hal. bulcas. i. culcasia
in sapore huius plantae est acutus et modicatio multa
et stipitata panca. et virtus eius est ea. in secun-
do. et quod coquuntur confert stomacho. Et idem auctor.
Aben mesnai Culcasia est ea. et huic et anguis sper-
ma. et radix coquuntur et habet bonum saporis: et est bo-
na stomacho: et appetitus puocat et uirinas. est ea. et
huic et anguis et spermate. hec herba est multum egypti-
aca nota. et nascitur iuxta aquas. et habet folia ma-
gna et lata. et radix cocta et comesta anguis corpus
Paulus cap. de culcasia. Culcasia est herba oīda
nota: et nascitur iuxta aquas: cuius radix comedens et
cocta stomacho est utilis. Isaac in dietis parti-
cularibus cap. de culcasia. Culcasia est herba plu-
rima in egypto nascente aliquantum pontica cum
acuitate: unde monstrat ea. et huic radix si elix-
etur acumen emittit: et viscositas quam prius laten-
ter habuerat in ea aperta fieri: ideoque duri grossi-
que nutrimenti est generativa: sed cum sua ponti-
citate stomachum confortat: et ventrem constipat
si tamen moderate comedatur bonum generat
nutrimenti: valetque dysenterie cuicvis viscositate et
ponticitate. **Alic.** li. ag. cap. bulcas vel culca-
qua haber. sia: est planta in qua est as-
similatio de alisinen. cali. est et sic. in primo. et i. ipa
est falsedo cum stipitate. et partes eius non sunt si-
miles. et est cum inflatione panca. et sit ex ea garga-
rismus cum lacte ipsius et sale. et in egypto decoqui-
tur cum eo caro et frigitur cum oleo. et est illis ci-
bus. solutione educit aquam citrinam: et proprie-
tatem eius et succus ipsius. et minoras ex ea ut debi-
litet. puocat uirinas. et generat sperma. et expel-
lit choleras et aquositas et faciliter. et potius ei-
stis ab una tertia libra usque ad duas tertias libra
Culura. i. species luti que dicitur magra
Culix culicis lazenzala: et est quoddam genus musca
Culen .i. salix
Cule .i. venter s. stomachus
Culia. solis grana Culbi. idem
Culib. on .i. cymbalaria
Culloidon. i. sida vel bletsa filiformis
Culobria. i. bronia Culosarrius. i. mentastrum
Culopartios idem Cululeo. i. sisymbrium
Cululer idem Culugen. i. galanga
Culubuo. i. lanatum Cap. i. 98.
Oculb. vel culibi: vel calibi ara. gre-
co. litospermon: eracion: vel
balistos vel bathanglicos: vel astor-
chos. lati. vo **Sera.** li. ag. cap. culb. auct. Dia.
milii solis. Culb est herba cuius folia

Oculb. vel culibi: vel calibi ara. gre-
co. litospermon: eracion: vel
balistos vel bathanglicos: vel astor-
chos. lati. vo **Sera.** li. ag. cap. culb. auct. Dia.
milii solis.

similantur folijs oline: nisi qz sunt maiora eis: et
molliora et latiora: et sunt in eis inferiora: declinat
versus terram velut stenit supra ipsas: et h[ab]et vagas ele-
vatas subtiles sicut squamantur: et in summitate vaga est
simile rameo diuisum in duas ptes: in quo sunt
folia minuta: et iuxta quodlibet folium est semen al-
bum: durum fere ut lapis: rotundum in magnitu-
dine orobi parui: nascit in locis asperis et altis.

Dias. cap. litospermon eractione vocat p.
pter fortitudinem seminis eius folia
sunt similia folijs oline: sed latiora: et oblongiora:
vagae tenuae in grossitudine iuncit: lignosae: et in su-
mo vaga diuisa est: in qua folia minuta sunt: ubi et
semen rotundum et lapidosum est et album pise simile
nascit in locis. **Nosse. Dias.** virg.
asperis et aliis.

Lap. i. 19.

A. Lymechre arা. gre. cumet
ran: lati. vo pira
Sera. li. agg. ca. cumechre auc.
Hal. Substantia eius est
composita ex substantia terrea et aquosa. si vis po-
test aliter dici qz vna. s. eius pars est frigida et alia
teperata. et sapor piri est stipticus cu dulcedie qz
sa. et unus piroz eius est desiccata, et conglutinat
vulnera sine aliquo medicamine. et qui comeditur
forficat stomachum. et sedat fitim. silvestre vo est
magis stipticum et plus incoriat. et corzugat stomachum:
et ideo plus cōglutinat vulnera. et pibet flu-
xum humoz. Et idem aue. Aben mesua qz quod
cuqz eoqz cogz vel domesticum vel silvestre cum
fungis auferit maliciā eorum. et maiores ex eis sūt
sororius virtutis qz parua. parua aut sunt nutriti
lioz qz citonia. et rob piroz abscondit fluxuz cho-
lericu. et incoriat stomachum. et pira ppiae generat
colicam: et oportet qz sumas post ipsum vinu mel-
lis factu cu **Dias.** cap. de pirs. Piri multe
speciebus. sunt spes: sed stiptice oēs
vnde ad rheumaticas passiones cataplasmatis ad
bibita faciunt: et rheuma cōpescunt. elixatura eoqz
ad oia prefata innant. et si ipsa pira a ieiuno come-
sta fuerint abstinent ventre. et piri silvatici species
sunt qui tarde maturescere possunt plus stiptice
qz supradictis: sed similibus causis plunt. perhibet
quoqz alii fungos venenū amittē si cuqz pirs fue-
rint co **Alic.** li. 9. cap. de pirs. in ipsis sunt
eti.

Alic. terreitas et aquositas. et in nrā
quidem terra est species que dicitur senabrud: et
babet magnam capacitem. et est vehementer ro-
tunditatis et subtilis corticis: et boni coloris qsi quis
qsi ipsum sit qz zucari coagulato plurimum sed no-
pter spissitudinem substantie boni odoris valde

qz cum ab arbore sua cadit super terram destrui-
tur. et isti sunt in quibus non est nocumentum o
speciebus pirozum. Pira que nominantur senia
sunt frigida in primo et siccus in secundo. Sera-
bus vero sunt temperata humida. et omnes speci-
es eius sunt stiptice intrantes in emplastris reten-
tionis materierum: et quandoqz abstergunt paruz
et eorum humor est plurimus: et landabilior humo-
re pomorum fm. qz dixit Rufus. Et aut que di-
cta sunt senabrud in terra corasceni absqz alio dī
cta sunt lenititia nature et boni chimici valde conso-
lidat vulnera: et ppiae silvestria exsiccata. et sunt p
parati: stomachi. et abscondit tuftum. et sedant
choleram. et stringunt ventrem: et ppiae que sunt
exsiccata. et in pirs quidem est ppuetas faciendā
euene colicam: quare oportet vt bibas post ipsa
de idromelle cum speciebus que sunt vt piper cin-
namomū: et his similia. et eorum rob confert flui-
xui ventris cholericu. cinis speciei eoqz vehementis
stipticaris et tarde maturationis est: et cura fugo-
rum mortificantium. et quando isti fungi coquuntur
cum pirs minoratur nocumentum eoqz.

Lumeos	.i. gummi
Lumethre	idem
Lumecre	idem
Lumetiran	idem
Luminum	.i. cynamum
Lumi	.i. gummi
Lumni	idem
Lunesor	.i. barba silvana
Lundos. i. condisi. a Dias. vero vocatur struthiaz et est inducendo sternutamenta sicut belleborus. et Plinii vocat ipsum radiculam. Paulus vo ait Londisum est radix interius citrina: exteriorius ni- gra: et planta eius assimilatur plate dicte canacia et ipsa verius est in radice simil pyretro et cetera. l. l. condes	
Lurasie	.i. blacce bisantie
Lurara. i. muscillago que egreditur a tenasimone et in fluxu ventris	
Luratii	.i. frusta subtilia
Luraci	idem
Luraf	.i. apium
Lurac. i. corodens	Lap. 200.

A. Lirat arala. Sera. li. agg.
porz. cap. cu
rat. Curat. i. porz. ex eo est domesticus
et est hispanicus. et est ex eo nabatu: et est
montanus: et ex eo est porz vinee: et porz agreste: et
medius inter porz et alliu: et reperiatur unus huic
inter porz et alliu: sicut inuenies in Latium.
Et ppiter hoc est magis desiccatus et acutum qz
porum domesticis: et cetera cuncta agrestia acri-
ora sunt domesticis: et medicine que calefaciunt il-
la calefactione sunt in fine gradu: et ob hoc est in
lum stomacho: et est acutum incisuum grossorum
humorum: magis aperitum opilatorum organorum
et eius operatio est plus qz domestici: et ppiter hoc
puocat vnam et menstrua: et potissimum quando
retenantur ppiter humorum frigidos grossos: et ba-

bet tantā de calefactione q̄ viceret quando applicatur corpori exterius; et nos iam diximus q̄ omnes medicinae que calefaciunt illa calefactione et vicerant sunt in **Poss. Sera.** ^{auc} Diasco. porrum domesticum incitat libidinem; et quando miscetur cum melle; et sit inde loboc; et confert dolor pectoris; et viceribus pulmonis; et quando comeduntur etiā mundificat cannam pulmonis; et quando quis assuefact cibum eius inducit obscuritatem visus; et est malum stomacho; et quando aqua eius miscetur cū melicrato et exhibetur confert morsibus venenosis; et quando sit emplastrum cū porris ipsis et ponitur super locū morbus facit hoc; et quando miscetur cū olibano et acetō; et lacet et oleo ro; et distillatur in aurem conferi doloris eius; et tinnim qui sit in ea; et quando sit emplastrum cū eis et sumach; aufert verrucas; et quando sit emplastrum cū eis et sale mundificat vlera solidata; et quando bibitur ex semine porri; et granis myrra ana; s. g. simul tritis absindunt sputum sanguinis antiquum a pectori. Et idem aucto. Rus Dorum procat menstrua et femur; et aufert eructationes acetosias; et mollit ventre. Et idem auc. in deo. Proprietas aut̄ est q̄ destruit dentes et gingivias. Et idem auc. Aben mesnai. Hoc est vesice et renibus q̄ sunt in ipsis vlera; et folia porri de se non conferunt matrici ex propriaete que est in eis; q̄n̄ est in eis humiditas que facit lubricare setuz; et semen porri quando fumigatur ex eo annus desiccatur fistulas que sunt in eo; sed porrum vinea est deterius stomacho; et calidius et magis prouocat menstrua; et quando comedit confert morsui veneno so. Panins cap. de poro. porrum adustum mixtū cum melle et inunctus curat ragadas seu fissuras que sunt in labijs.

Lurinaballe	.i. antrax
Lurema est radix crocei coloris et est celidonicia minozis	
Lurcuma	idem
Lurelia. i. cornigiola	Lurich. i. nūc ò nilo
Luric	idem
Luriati	.i. melilotum
Lurogi	.i. citrum
Lurosiān	.i. scordeon
Luroblasti	.i. nappa
Luringen	.i. melissa
Lurbur	.i. coriandrum
Luri. i. arbor acacie vel gumi arabicum quod est eius gumi	
Lurch	idem
Lusamon	.i. pucedanum
Lusamion	idem
Lusbaralbe	.i. capillus veneris
Lusoaria	.i. almea
Lustos horsti pendacilios gyra solis columba pectorum paramistrion idem; et est catapucia	
Lusus	.i. bedera
Lussus	idem
Luscute rasca lini popagra lini bracteas brascas	

idem; et quid est. i. lebasuch	
Luscute romanum	.i. absinthium
Lusfu	.i. costus
Lute	.i. eupatorium
Lutre	idem
Lutreleon	.i. antera
Lutinorostas. i. caducus flos mali punici	
Luis arietis quid est. i. geldacheib	
Lutim	.i. balanstia
Lutub est quedam species melancolie	
Lutubith	idem
Lunarc	.i. saturegia
Luleganus	.i. galanga
Lburice	.i. affodillus
Lbulēm	.i. herba capillacia
	Lap. zoī.

O **Llef** ^{ara. gre. itee} **Sera.** ^{lati. s. salix}
 li. aggre. cap. culef. Lulef. i. salix. folia et flos et rosa eius habent in sapore ponti citatem. et virtus salicis est desiccatura sine punctione. cortex vero ipsius siccioris est complexiois sicut sunt omnes species corticis; unde administratur in glutinatione vlerum. sed flos eius et rosa administrantur et admiscentur in omnibus medicinae et vnguentis desiccatis. et sunt ex hominibus qui accipiunt flores et rosam et succum ipsius et conponunt ex eo desiccatum medicinam que confert in multis quia desiccata sine modicatione; et proprie quia in ipsa est stipititas pauca. et q̄n̄ rurunt eius cortices et conficiuntur eis aceto administrantur in omnibus egritudinibus in quib; necessaria est desiccatio sicut in verrucis et proprie in rotundis et in verrucis similibus capitibus clavoz; et in verrucis infixis in c. te. eradicat. n. eas q̄n̄ sit sup eos limitio. et q̄n̄ enuellis cortex eius tpe q̄ emanant flores; et colligitur gummi eius habet h̄ gumi virtutem absteruentiam et subtilitatem; et o administratur in omnibus egritudinibus que acidunt pupille et faciunt impedimentum vissus. Et idem auc. Pauli. Ulritis foliorum et corticum et fructus salicis et succi eius est stipticar. est fri. et sic. complexiois in primo gradu. Et idem auc. Bedigo; quando bibuntur folia eius trita cum pipere et vi no paucò conferunt colicis. et quando sumis cū aqua phibet impregnatione. et fructus eius confert sputo sanguinis quando bibitur. et cortex eius similiter facit hoc. et succus foliorum; et cortex eius tritus cum oleo ro. si bulerint in cortice granati conferunt dolorem aurium. et eius decoctione administrata super pedes podagricon; confert eis multum. et mundificat furures capitum. et colligitur humiditas ab ea desuens quando excoriatur a corde suo quando incipit apparere flos eius; q̄n̄ reperitur intra coricem humiditas congregata que absterget oculum et aufert tenebrositatem eius. p̄etas salicis est q̄ extrahit sanguinas adberentes gutturi. et glutinat vulnera recentia. Et idem aucto. Aben mesnai. Folia salicis bibita phibet iognati onem. et seruit fluxui sanguinis. et lac qd egredit ex eis.

scit visum: et abradit pilos. Et idem auct. Pauli. i
folijs salicis et salice non dixit Hal. aliud.

Hal. vij. sim. phar. cap. hytēe. hytēe siue salix
nolentia vulneri consolidationē: sed maxie florē
eius fere omnes vtuntur medici ad cōfessionē sic
cativi emplastri. est enim vis eoz suam siccationē
habet autē et quiddā stipticitatis. quidaz vō et sic
cum facientes ex eo īmordat et siccatum habet
pharmacū ad multa utile. nibil enī magis occur-
rit visui q̄ pharmacū īmordat siccans parum
sed stipticans sicut in tractatu de cōpositōe phar-
macoz plenius dicetur. cortex etiam huius arbo-
ris similis est tam frondium q̄ florū virtutē: pre-
terq; q̄ est siccior fm cōplexionē. sed hunc quidā
accēdunt et vtuntur cincere in oībus his que violē
ter indigent desiccari: sicut sigiles et chiles. i. myr-
miceas anserunt ipsum madefacientes aceto acri
quidam vō tēpore florendi incidentes corticem li-
quorem quidem colligunt et eo vtuntur in offuscā-
tibus pupillis: cum sit pharmacū absteruentum fi-
mū et sublatum cuq̄ sit huiusmodi poterit eo
aliquis vti et ad alia multa.

Churcar	i. cardamen
Crusca	i. puluis
Crusca cymolea	i. puluis cymolee
Crusca symolea	i. puluis ceruse
Crub	i. canis
Crynil	i. rubus

Sequitur de. D.

Aaren id est cubeba
Daarison. i. rifi
Daablectos. i. blacce bisantie
Daidilis. i. aristologia longa
Daicolios grece: latine digitis
nam tactilis est virus ex quinque
digitis Daurach. i. pond^o
Danfir i. hauena
Daoc est semen baucie silvestris
Danguan est mensura liquidorum ponderans libras. 43
Daumaram i. ozimum
Daucus grece. i. bancia vel pastinaca latine. unde
daucus aliis est asininus: aliis domesticus. quan-
do per se ponitur daucus debet intelligi pastina-
ca silvestris. i. daucus asininus: vi. Jo. Sera. cap.
de tyriaca. et Hal. z: de edulis circa finem ut patet
in. l. lesas. l. Lassius felix cap. de empicis dicat quā
per se ponitur q̄ est semen baucie hortensis. et est
daucus silvestris vel asininus melior: creico. et di-
citur creticus quia in creta insula invenitū est pri-
us. et dicitur asininus quia est cibus asinorum. cre-
ticus autē est maioris efficacie: et hoc propter terre
dispositionē meliorē: p. quo. l. lefa
Cap. zoz.

Abalch atra. vel hele: vel hisbos
grece et latine viscus.

Serapion lib. aggrega. capit. dabalch.

anc. Dias. Melior: ex eo est
nomis qui similis est in colore suo colori porri. ex
terius vō est subfuscus sine alperitate et sine furfu-
reitate: et fit ex fructu rotundo parvo: qui nascit
in arbore glandiu, et eius folia sunt sicut folia ar-
boris busi. fructus ergo iste contunditur et ablu-
itur: deinde coquitur in aqua. sunt autem quidam
qui masticando fructū ipsum faciūt viscum. repe-
titur etiam in arbores pirosum et malorum: et in mul-
tis alijs arboribus: et aliquando in radice arborum
aliquarum parvarum. et latine vocatur bec plan-
ta vissago. vidi autē ego in monte nabat homi-
nes qui faciunt ex arbore magna que nascitur apō
eos et apud ipsos vocat tarabellā: et latine vo-
catur capitolium. accipiunt quidam ramos ipsius
et excoriant eos facientes fasciculos et infundūt in
aqua et dimittunt sic aliquo ex mensibus: deinde
contundunt contusione fortis: et fit inde viscus bo-
nus. et virtus eius est similiter que subtilis: attra-
bit et dissoluit: quia habet virtutem resolutiām.

Dias. capitu. viscus fm translationem no-
stram. Viscus in ramulis nascens a
quodam animali volatili. s. turdella viscatur. nam
illud si moratur in ramulis arborum gluctinatur
et inde nascuntur virgule plurime: et sit viscus qui
semper viridis inuenitur. Est autem optimus qui
in arbore querens crescit: et qui est mundus sub-
viridie: et si extendatur non corripitur: sed vt mē-
brana ex. **Hal.** vi. simpli. phar. cap. de visco.
tenetur. **Hal.** Substantia visci est cōposi-
ta ex aquosa substantia et aereate de his ambabus
est in eo multum: et ex terrea panca. et in sapore ei
est acutitas plus q̄ amaritudo. et virtus eius est q̄
calefacit: non tñ cito quando apponitur corpori
sed postq; facit moram in corpore sicut facit tap-
sia. et nos quidem diximus in his que precesserunt
q̄ bec res inuenitur in medicinis: quarum vir-
tus est que calefacit: cum quarum calefactione est
humiditas superflua indigita. virtutes habet acres
duricies mollire potest. nā de profundo extrahit
humorem cum rebementia et non subtile tantu
sed et pinguis digerit. mox quidem calefacit: sed
tempore diuturno impositus calefacit ut tapisia.

Ainic. bus: et eius quidem fructus similis ē
ciceri nigro non sincere rotundus: virgulat: fran-
gibilis ex quo manus innescantur. eius autem mi-
nera est arbo: ferens glandes et pira et mala in q̄
bus sunt virtus aquæ et aerea multiplicate valde
qui ex eo bonus est recens planus coloris porri in
terius viridis exterius teritur et lauatur: deinde
coquitur et non calefacit nisi post moram longaz
sicut gumi rute agrestis: et est debilior: ea in hoc: et
in ipso quidem est humiditas superflua indige-
sta. et est calidus et siccus in tertio. et est resolu-
tus. resoluit enim humiditates grossas ex pro-
fundis corporis propter fortitudinem virtutis at-
tractivae et lenit. et direrunt quidam q̄ non inest ei
operatio in humiditatibus nisi tenuibus.